



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 197. Quâ linguâ recitandæ sint Horæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

tionem habuit, graviter peccavit, teneturque se-
 cundum sententiam communem Horas repetere,
 nec fructus facit suos, quia non fecit opus præce-
 ptum, quod erat, ut devotè oraret *Sot. Na. Reg.*
Fern. Suar. Bon. & Trull. l. 1. c. 7. d. 17. n. 6. ubi
 ex *Nav.* addit, non excusari à mortali eum, qui
 recitationem Horarum ita differt, vel ita se com-
 ponit, ut advertat se somno præoccupandum: v.
 g. si Completorium vesperi reservet dicendum in
 lecto, sciens se tunc somno solere obrui: Quidam
 tamen Doct. paulò antè citati negant eo casu neces-
 sariam esse repetitionem, eò quòd substantia ope-
 ris sit impleta, absque circumstantia devotionis.
 Multòque magis ac probabiliùs iidem negant obli-
 gationem restitutionis: eò quòd ad illam tantum
 teneantur, qui officium omiserunt, non qui di-
 stractè dixerunt, v. *Bon. l. c. Less. n. 68. Lay. &*
Dia. t. de Horis R. 1. & 2. Esc. t. 5. E. 6. c. 3. n. 62.
 III. Cum recitatione Officii conjungere actio-
 nes, quæ notabiliter non impediunt, (v. g. indu-
 endi, abluendi) veniale est, si fiat sine causa, aliàs
 nullum. *Escob. c. 7.* Qui verò advertenter occupa-
 pat se aliquâ re impossibili cum attentione in-
 terna, v. g. scriptione, lectione &c, graviter pec-
 cat & præcepto non satisfacit; atque adeo tenetur
 repetere. *Nav. Suar. Bon. Trull. n. 7. v. infra l. 5.*
c. 2. dub. 7.

A D D E N D A.

1238 Q. 197. Quâ linguâ recitanda sint Hora. R.
 Quoad substantiam satisfacit, si recitentur he-
 braicâ, græcâ vel latinâ, uti tenent omnes, teste
Hurt. de Resid. T. I. R. 7. subref. 7., quia hæ linguæ
 sunt doctrinales: Peccari tamen apud nos veniali-
 ter

ter, putat *Castrop.* T. 7. d. 2. p. 2. n. 14. & addit fore mortale, si fiat aliquoties, quia est contra Ecclesiæ latinæ consuetudinem; *Hurt.* innuit tunc peccari venialiter, si ob defectum intelligentiæ desit perfecta expressio. Quòd attinet ad linguas alias, putat *Hurt.* non peccare eum, qui recitat linguâ vulgari, ubi Biblia vulgaria permittuntur, quia adhuc quoad substantiam est eadem oratio, nec invenitur expressa prohibitio Ecclesiæ circa hoc, qualis tamen est circa Missalia & Missas, ne linguâ vulgari imprimantur.

Q. 198. Ex quo Breviario Officium sit recitandum. R. 1239

§. I. Ex proprio suæ diocœsis aut sui Ordinis, vel si utatur Romano, ex illo, quod recognovit *Vrb. VIII.*: Putat tamen *Tamb.* in Decal. l. 2. c. 5. §. 2. n. 3. aliquem adhuc posse recitare ex antiquo *Pii V.* vel *Clementis VIII.* quia *Vrb.* expressè addit in bulla, *nolumus tamen his litteris Breviaria & alia prædicta, quæ impressa sunt hætenus, prohiberi, sed indemnitati omnium consulentes, tam typographis & bibliopolis vendere, quàm Ecclesiis, Clericis aliisque retinere, atque iis uti Apostolicâ benignitate permittimus & indulgemus.* Unde non video, cur dubitet *Gob.* in Exp. T. 5. n. 601. in app., dicens quòd *Urban.* graviter vetet, ne hymni etiam privati dicantur, nisi correcti, id enim non vetat, sed tantum vetat, ne imposterum edantur incorrectè, & si edantur post 25. Jan. 1631., hoc ipso prohibet.

§. II. *Nav. Rodrig. & Bonart.* l. 2. c. 12. m. 2. dicunt posse aliquem, v. g. Monachum, scilicet dicere Maturinum ex Romano, reliqua ex proprio Breviario, sed *Gob.* n. 598. meritò contradicit, quia sic fit confusio contra formam orandi præscriptam: si ta-

1240